UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm XL.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96538

Visual Library

dam Hannibal adducit, fuiſſe infra inſtantiam diſpu-
tatum ſuper quodam incidenti, videlicet ſuper māda
to pro parte Hannibalis facto do. Antoniomariæ, ꝙ
deberet præſentare libros ſuos, cui do. Antoniusma-
ria contradixit, negando ſe teneri, & propterea prote
ſtatum fuit inſtantiā negotii principalis interim Han
nibali non currere, donec dicti libri exhiberentur, q
dies diſputationis prædictæ dicuntur de inſtantia ſub
duci debere per not. à doct. in l. contra maiores. C. de
inoffic. teſtam. cum aliis. Pro parte verò do. Antonii-
mariæ reſpondetur, ꝙ dato prædicta uera eſſe, tamen
dicta diſputatio fuiſſet finita per declarationem iudi
cis poſtea ſubſequutam, in qua mādauit dictos libros
exhiberi, & oſtēdi uni ex ſupra conſulibus nominan-
do per ipſas partes, uel ſorte extrahēdo ad effectum,
ut uideatur, an Hannibal aliquod in eis intereſſe ha-
beat; quibus do. Iudex dubitando replicat, quod licet
dicta declaratio ſequuta fuerit, tamen aliqua tempo-
ra ad præiudicium Hannibalis non cucurrerunt, quia
duo in declaratione dicūtur, primum, ꝙ libri præſen-
tentur, ſecundum, ꝙ præſententur ſupra cōſuli nomi
nando, ſeu extrahendo, & ꝙ Antoniuſmaria teneba-
tur omnino libros præſentare, aliàs eis nō præſentatis
non poteſt aliqua negligentia īputari Hannibali in nō
nominando, ſiue extrahi faciendo ſupra conſulē, eo-
que magis cum in declaratione dicatur uni ex ſupra
conſulibus nominando per ipſas partes, uel ſorte ex-
trahendo, nō autem dicitur per ipſum Hannibalem,
& per conſequēs nulla tempora ab inde citra cucuriſ
ſe videntur, quo fit, ut nec inſtātia prædicta ſit ad præ
iudicium Hannibalis deſerta. Mihi viſis, & conſidera
tis præmiſſis, ſaluo meliori cuiuſcunq; iudicio, vide-
tur, ꝙ ſtatim quo iudex declarauit, & pronunciauit,
mandando libros debere exhiberi, & oſtēdi, prout in
declaratione prædicta cauſa negotii principalis in ſu
ſpēſo eſſe deſierit, & ſic ab illo tp̄e inſtātia cauſę prin-
cipalis currere cœperit, & ꝙ in illa per iudicē proce-
1 dendum eſſet, nā † ex quo cauſa principalis per hoc e-
mergens ſuſpenſa fuerat, & in illa procedi non pote-
rat, niſi prius eo diſcuſſo, & per iudicem ſuper eo pro
nunciato, ut in c. tuā. & in c. 1. de ordi. cogn. & c. exhi-
bita. de iudi. ſtatim quo iudex ſuper illo emergēti pro
nunciauit, ſuſpēſio finita, & reuocata dicitur, & iudex
debet ſuper principali ꝓcedere, nec expectare, quòd
pronūciatio fuerit exequuta, ſeu adimpleta, quia pro
cedere in cauſa infra tempus inſtātię ſpectat ad iudi-
cē. l. properādum. C. de iudi. adimplere uerò declara-
tionem, & pronūciationem ſpectat ad partes, & hoc
non debet impedire proceſſum, nec curſum inſtātiæ.
d. l. properandum. ibiq; habetur: & ꝙ facta pronūcia-
tione, ſeu declaratione ſup emergēti iudex procede-
re debeat in cauſa principali, ceſſetque ſuſpenſio, col
ligitur expreſsè ex iis, quę uolūt doct. & maximè Abb.
in c. 1. in ulti. col. de ordi. cognit. & ponūt ſcrib. clarè.
in l. 1. C. de ordi. iudi. & argu. c. ut debitus. de appell. &
2 eſt tex. in d. c. 1. quinimmò † ex dictis Abb. & aliorum.
in d. c. 1. & in d. l. 1. dici poteſt, ꝙ ī caſu noſtro per hoc
emergēs nō potuit negotium principale ſuſpēdi, nec
impediri debuit, quin in negotio principali procede
retur, quoniam nō erat tale emergēs, quod de iure ne
gotium principale impediret, ſi ſuper illo nō eſſet ta-
citè, uel expreſsè cognitum, & pronunciatum, ut in d.
c. 1. & in d. c. tuā. & pars per proteſtationes ſuas, ꝙ in-
terim tempus in negotio principali nō curreret, nec
impedire, nec ſuſpendere tēpus inſtantię negotii prin
cipalis potuit, ut in d. l. properandum. & in d. l. 1. ibiq;
3 docto. ¶ Quo autem † adimplementum pronuncia-
tionis, & declarationis iudicis ſuper ipſo emergēti qs
fuerit in mora, & ad quem prius adimplere, ſeu inter-
pellare iuxta declarationem factam per iudicem ſpe-
ctauerit, optimè colligi poteſt ex iis, quæ uoluit So-
cin. in conſ. ultim. uolum. 3. & ex nota. per Bart. in l. ſi
ſoluturus. ff. de ſolutio. arbitror enim ipſum Hanni-
balem prius debuiſſe inſtare ſuper denominatione ſu
praconſulis, quoram quo libri erant exibendi, cū ſua,
ut aſſerebat, dicebatur intereſſe, exhibitionem fieri,
& non do. Antoniimariæ, & ideò Hannibal debebat
interpellare do. Antoniumariam ad nominandū ſu-
pra conſulem, quoniam facta nominatione, ſi do. An
toniuſmaria poſtea libros nō exhibuiſſet, ipſe in mo-
ra fuiſſet, ſibique imputari potuiſſet, ſed prius erat fa-
cienda dicta nominatio, quam pariter Hānibal debe-
bat facere ante, quam do. Antoniuſmaria libros exhi-
bere teneretur, ex quo iudex illi mādauit, ut deberet
libros exhibere uni ex ſupraconſulibus per partes no-
minando: ergo prius de ſupraconſule conſtare debe-
bat, & is prius erat nominandus, quam do. Antoniuſ
maria libros exhibere teneretur: & ideò do. Antoniuſ
maria non poteſt dici in mora non exhibendi, cum
non eſſet perſona, cui exhibitio fieri deberet, ut in ſi-
mili dicunt Soci. in d. conſ. ulti. & Bar. in d. l. ſi ſolutu-
rus. Quare uidetur concludendum, ꝙ inſtantia cauſæ
principalis cucurrerit ſaltem à die factæ declaratio-
nis, & pronunciationis. Laus Deo.

SVMMAE.

1 *Inſtantia quando detur in ſumarijs, & exequutiuis, & quando non, & num. 2. 3. & 4.*
5 *Stilus contrarius inſtantiæ eſſet contra publicam utilitatem, & non ſeruandus.*
6 *Stilus curiæ etiam in deciſoriis ſeruandus, quando ius commune non aduerſatur.*
7 *Stilus quomodo probari debeat.*
8 *Spurius legitimatus per reſcriptum ab habente poteſtatem ratificans, & approbans legitimationem tranſit in poteſtatem patris, & tanquam ſuus rumpit teſtamentum patris, in quo eſſet præteritus.*
9 *Spurij legitimati appellatione venit et inceſtuoſus, & nefarius.*
10 *Spurius inceſtuoſus, & nefarius poteſt per reſcriptum legitimari, quamuis non legitimetur per ſubſequens matrimonium.*
11 *Statutum loquens de filio legitimo, ſeu de filio familias comprehendit ſpurium legitimatum per reſcriptum, & quando.*
12 *Statutū la corum annulans contractum etiam iuratum ualet, & contractus iuramento non validatur, quando ſtatutum eſſet à Papa ex certa ſcientia confirmatum.*
13 *Statuta Bononiæ ſunt à Papa ex certa ſcientia confirmata.*
14 *Iuramenti abſolutio iuſtè petitur, & impetratur, ſtante ſtatuto prohibente contractum etiam cum iuramento.*

EPITOME.

Inſtantiam dari in exequutiuis, & ſumariis, quādo producitur, petitio, & comparet contradictor, nec alia fuit lata ſententia, & quando alia diffinitiua ſententia expectatur, hic oſtenditur.

Spurium legitimatum per reſcriptum approbantē legitimationem rumpere teſtamētum patris, in quo eſſet præteritus, & comprehendi in ſtatuto loquente de filio familias, & prohibente illum poſſe contrahere ſine conſenſu patris, demonſtratur.

CONSILIVM XL.

1 QVOD † in ſummariis, & in executiuis detur inſtātia, quando producitur petitio, & cōparet contraditor, probat tex. in l. 1. C. de iura. calu. in uerſi. inſtantia, & ibi Bal. hoc tenuit, & refert, ac ſequitur And. Barba. in c. uenerabilis. in fi. uerb. de iudi. & ita conſuluit ſolēnis doctor do. Floria. de ſancto Petro, ut refert ibi And. Item ꝙ in ſumariis hoc procedat, tenent Abb. And. Barba. Aret. in d. c. uenerabilis. Bal. & Bar. in l. properandum. in §. & ſi quidē. C. de iudi. & ibi Alex. & quāuis Bart. & Bal.

Bal. ibi ac etiam Bart.in l. litibus.C.de agric. & cenſi.
lib. 11.uideātur facere differentiam inter ſummarias
lites,& executiuas,ꝙ in executiuis non detur inſtātia
hoc tamen dēt intelligi,quando non compareret cō
tradictor,& procederetur abſque cognitione cauſæ,
ut eſt de mente Pet.de Anch.in conſi.293.ſuper pluri
2 bus in pen.col.Secundo† in executiuis non datur in-
ſtantia,quando poſt peremptā inſtantiā, & latam ſen
tentiā petitur executio,ſecus ſi non eſſet perēpta alia
inſtantia,nec eſſet lata ſententia diffinitiua,ut uoluit
3 Anch.in d.conſi.Tertio † in executiuis non datur in-
ſtantia,quando in iudicio executiuo nō ſperatur,ſeu
non expectatur ſententia diffinitiua,ſecus ſi expecta-
tur,ut declarat Aret.in d.c.uenerabilis.reſpondendo
doctrinæ Bar.in d.l.litibus. & in aliis locis:ſed in caſu
noſtro cōparuit condictor,& oblata fuit petitio, quā
uis non fuerit lis conteſtata, itē non periit alia inſtan
tia,nec alia lata fuit ſententia,item expectabatur,ſeu
ſperabatur ſententia diffinitiua adiudicationis, ergo
&c. Præterea dum allegat Bart.in d.l.litibus.dico illā
non fuiſſe de mēte Bar. ut communiter dicunt doct.
& maximè Alex.in conſi.ſtatim allegando in ult.col.
4 Hanc opinionem,†ꝙ etiam in executiuis detur inſtā
tia,examinat Alex.poſt alios in d.l.ꝓperādū.ī prin.in
1.col.& latius in ꝯſi. 50. in 2.uol. quē oīno uideat iu-
dex,& ubiq; ꝯludit,ut ſupra dictū eſt,cum declaratio
ne tradita,ac ēt ī caſu,quo lis nō ꝯteſtarēt, & ubi exe
cutio peterēt,ſeu ī illa ꝓcederēt ꝑ offīm iudicis,qđ nō
deſeruiret actiōi,ut eſt offīm iudicis, qđ ꝑ ſe implorat
nam tūc in illo proceditur ad inſtar actionis , ut in c.
fi.de offi.iud.& Alex.in d.conſi.reſpondet omnibus,
quę in contrarium facere uideantur, & dicit hanc o-
pinione tanquā ueriorē tenuiſſe ſemper in legēdo,&
conſulendo.Idem tenent Rom.in conſi. 174.& Soc.
in conſ.95.in 1.uol.& uerè hæc eſt magis cōis opinio
à qua in iudicando non eſt recedendū,ut atteſtātur ꝑ
fati doct. & quam plures alii, quos longū eſſet refer-
re,tenuerunt.Non obſtat ſtilus allegatus, quia nō eſt
ſeruandus , tum quia ſtatutum illum excludit, tum
5 †quia eſſet contra publicam utilitatē principaliter d.
l.properandum.in prin.doct. communiter in c.ſi dili
genti.de foro cōpe.Inn.in c.fi.de conſuet.nam inſtā-
tia eſt fundata principaliter in bono publico,cui non
poteſt renuntiari,ut in d.l.properandū. ergo non ua-
let ſtilus contrarius,ut per Io.And.D. Anto.& alios ī
6 d.c.fi.de conſue.per illum tex.&† dicit Abb.in c.ex li
teris. de re iud. ꝙ ſtilus curiæ etiam in deciſoriis eſt
ſeruandus,quando ius commune nō eſt in cōtrariū.
7 Præterea dico † ſtilum non eſſe probatum,prout de-
buit probari.& docent doc.Bar.& alii in l.de quibus.
ff.de legi.& ſcrib. in d.c. fi. nam per teſtes legitimos,
& legitimè examinatos probari dēt, & cū iuramēto.
l.iuriſiurandi.C.de teſti.& in §.ſi uerò. aliquid tale in
auth.de fid.inſtrum. item in iudicio & coram iudice
uel ſaltem corā notario actorum cauſæ, ut in c. 2. de
teſtibus.& in c.qm̄ cōtra,in uerbo teſtium depoſitio-
nes de probat.uideat ergo iudex , ſi teſtes deponētes
de ſtilo fuerint recepti,& examinati, & cū interroga
tionibus partis,prout ēt in ſummariis,& in omnibus
cauſis teſtes debent examinari, ut in cle.ſæpe.de uer-
bo.ſign.& in c.pręſentium.de teſt.in 6.& ideò nulla fi
des de hoc ſtilo danda eſt iſtis,qui per modū ſubſcrip
tionis fidem faciunt de ſtilo;qui modus probandi eſt
abomninabilis,& reprobandus,cum ſæpe reperiātur
aliqui,qui in uno,& eodem articulo,& cā ad facien-
dum fidem de ſtilo aliquo fuerunt de directo contra
rii.modo ſubſcribendo pro una parte,modo pro alia
& contraria,ut inſeruiant petentibus ab eis ſubſcrip-
8 tiones.¶ Quòd aūt† ſpurius legitimatus per reſcrip-
tum ab habente poteſtatem,quando filius legitima-
tus ratificauit legitimationem, & illam approbauit
iuxta quæ habentur in l.gallus.8. forſitan.per Soc.&
alios.ff.de lib.& poſthu.tranſeat in poteſtatem patris
legitimationem petentis,adeò ꝙ agnatione huius tā
quam agnatione poſthumi,& ſui hæredis,qui nō di-
citur ſuus hæres,niſi ſit in poteſtate patris , rumpatur
teſtamentum, in quo ſpurius legitimatus reperitur ꝓ
teritus,uolunt docto.magis communiter,ut atteſtāt
Alex.in rub.ff.de liber.& poſthum.& ibi Soc.hoc la-
tius affirmat,uidelicet hāc eſſe communem opinio-
nem:& quamuis ipſe ſentiat contrarium ibi, ac ēt in
d.l.Gallus.§.ſi eius.tamen ipſe affirmat à priori opi-
nione in conſulendo non eſſe recedendum , & doct.
9 propriè loquuntur de ſpurio legitimato , † cuius ap-
pellatione uenit inceſtuoſus,& nepharius,ut per do-
cto.in c.per uenerabilem.qui filii ſint legitimi,& quia
in hoc habemus communem opinionem , ulterius
10 non eſt inſiſtendum. Nec † ualet argumentum illud
per ſubſequens matrimonium non poteſt legitima-
ri,ut per doct.in l.ex facto.ff.de uulg.& pupilla.& eſt
tex.in c.tāta.qui filii ſint legitimi, ergo nec per reſcri
ptum,cum hmōi legitimatio ſit minus potens, quia
adeſt fallacia,& ex hoc ſequeretur, ꝙ nullus ſpurius,
& illegitimè natus ex naturali nato ex cōcubina poſ-
ſet legitimari taliter,ꝙ per legitimationem non poſ-
ſet acquirere iura ſuorum,quod tamen eſt falſum,ut
docto. communiter uolunt in d.rubr.ff.de liberis,&
poſth.Non inſiſto ulterius ſuper hoc, quia hæc diſpu
tatio uana eſt quoad conſulendum , & iudicandum,
tunc ſequi debeamus communem ſententiā noſtro
rum patrum,quamuis in ſcholis hæc opinio,& hic ar
ticulus eſſet diſputabilis,prout diſputat Soc.in d.rub.
11 & in d.§.ſi eius. Ex quibus infertur,quòd† in taliter le
gitimato habet locum ſtatutum loquens de filiofa-
milias, dum prohibet illum poſſe contrahere ſine cō
ſenſu patris,tum quia conueniunt taliter legitamato
uerba ſtatuti,ergo &c.l.4. §.toties.cum ibi nota.ff.de
dam.infect.tum quia ſecundum magis communem
opinionem,& ueriorē,quam tenent,& referunt mo-
dern.in d.c.per uenerabilem.in 173.colum.dum quę
rūt,an legitimatus per reſcriptum principis compre-
hendatur in ſtatuto faciente mentionem de filio le-
gitimo,ſeu de filio familias,& ibi cōcludunt,ꝙ in ma
teria odioſa non,ſed in materia fauorabili ſic, ut ibi.
At nos ſumus in materia fauorabili,quia ſtatutum de
contractibus minorum, & filiorumfamilias ema-
uit ad fauorem minorum , & filiorum familias,ut
pluribus locis illius ſtatuti conſtat, & aperte præſ-
ponunt doctores communiter,& ibi Io.de Imo.in
cum contingat.de iureiur.cum ſim.ergo ſtatutum il-
lud habet locum etiam in filio legitimato.¶ Non ob
12 ſtat,†ꝙ iuramentum filii familias ualidat contractū
non ſeruata forma ſtatuti , etiam ſi ſtatutum expreſ-
sè derogaret iuramento,ut in d.c. cum contingat.&
ibi Imol.& alii , quia laici & principes ſeculares non
habent poteſtatem ſtatuendi ſuper iuramento,ut per
Alex.in cōſ.99.& in cōſ.102.in 4.uol.ubi plenè.Quia
ultra allegata ꝑ ꝓcuratorē in ſuis allegationibus ad-
do hoc eſſe uerū, qn̄ ſtatuta laicorū nō eſſent ꝯfirma
ta à Papa ex certa ſcientia, qa tunc ex quo per ꝯfirma
tionem ſtatuta effecta ſunt papalia , iurm̄ obſtare nō
debet,qa papa pōt diſpōere ſuper iurō, ſicut lex cano
nica,& iō ipſi filiofamilias nō dēt obſtare iurm̄,quod
uoluit ſtatutū obſtare debere per ea,q̄ hn̄r per Alex.ī
13 dictis conſi. Et ꝙ in hoc caſu† confirmatio facta fue-
rit ex certa ſcīa,apparet ex uerbis expreſſis,qbus ſtan
dū eſt,ꝙ fuerit papa motus , & īductus ex certa ſcīa,
ut hn̄r in c.1.& 2.per doct.de confir. utili, uel inutili,
quāuis in dubio non ꝓſumatur,ut in c.porrecta.eod.
tit.& licet Alex.ſæpius maximè in cōſi.59.uol.1.cōſu

lucrit confirmationem papæ non obſtare, quin iuramentum ualeat, & ſeruandum ſit, & ſic ꝯ̃ctus ualidet̃ iuramento, tamẽ ipſe expreſsè loquitur, quando ſimpliciter, & generaliter confirmaſſet ſine clauſula ex certa ſcientia, ſecus ſi cum clauſula ex certa ſcientia, quia tunc prȩſumitur, Papam hoc feciſſe ex certa ſciẽtia, ut per ipſum Alex. in d. conſi. in pen. col. & dicere quod clauſula ex certa ſcientia non referatur ad confirmationem ſtatutorum, eſt truffa. Prȩterea & ſi non obſtante ſtatuto, quod tollere uidetur iuramentum, debeat ſeruari ꝯ̃ctus per ea, quæ habentur in d. c. cum contingat. cum ſim. tamen † talis diſpoſitio ſtatuti ſal
14 tem eſt iuſta cauſa petendi, & impetrandi abſolutionem à iuramento, ut illud non obſtet, & quin ſtatutũ ſit ſeruãdum petita, & impetrata abſolutione, prout abſolutio danda eſt, ut uoluit Fed. de Sen. in cõſ. 272. In nomine domini factum eſt tale ſtatutum, qui in indiuiduo loquitur in terminis noſtris. Ex prædictis ita quę dico iudicandum eſſe ad fauorem Comitis Octauii, tum quia ſententia lata eſt extra inſtantiam, & illa finita, tum quia in eius perſona habet locum ſtatutum non obſtante iuramẽto. Reliqua ſuppleat excellentia domini Auditoris. Laus Deo.

S V M M AE.

1 *Denunciatio litis motę quomodo ualidè hæredibus illius, qui defendere promiſit, fieri debeat.*
2 *Denunciatio, ſeu proteſtatio incitatoria ad faciendum ea, ad quæ quis ex facto alieno tenetur, quomodo fieri debeat.*
3 *Et quomodo ad faciendum ea, ad quæ eſt ex facto, & contractu ſuo obligatus.*
4 *Venditor, cui de lite mota fuit à procuratore emptoris denunciatum, non tenetur re euicta de euictione, niſi mandatum fuerit ſibi exibitum, & oſtenſum.*
5 *Actio communi diuidundo ad quid, & pro qua re detur, & quid actor probare debeat.*
6 *Et quibus detur, & quibus non.*
7 *Incerta res ratione loci, & quottæ dicitur uendita, quando fuit uẽdita tanta rata, & pars unius poßeßionis pro indiuiſo, quæ certam ſummam pecuniarum caperet.*
8 *Et in emptorem tunc nec dominium, nec poſſeßio dicitur trãsferri.*
9 *Incerta res ratione loci, & quottę non poteſt tradi, ſeu poſſideri.*
10 *Emptor de euictione rei contra uenditorem, uel eius fideiuſſores non poteſt ante euictionem agere.*
11 *Venditor, & eius fideiuſſor ad tradendum rem uacuam, & liberam tenetur.*
12 *Per conſtitutum de poſſidendo dicitur facta traditio, omniſque poſſeſſio translata.*
13 *Idem per conductionem rei uenditę.*
14 *Venditor, qui ſe nomine emptoris rem uenditam poſſidere conſtituit, uel illam ab emptore conduxit, non poteſt ab emptore conueniri actione ex uendito ad rem tradendam: & tunc quo remedio emptor aget contra rem tenentem, uel poſſidentem. Et quid ſi uenditor poſt ueram, uel fictam traditionem fuiſſet aliquo modo ſua poſſeſſione priuatus, num. 16.*
15 *Venditor, eiuſque fideiuſſor promittens emptori rem uenditam de iure, & de facto defendere, quomodo de facto teneatur, & an ui, & armis id intelligatur.*
17 *Ex contractu emptionis ſimulato, & ficto dominium transferri non poteſt.*

EPITO E.

Denunciatio litis motæ emptori ſuper re ei uendita debet ab ipſo hæredibus uenditoris, uel fideiuſſoris illius fieri cum exhibitione ſcripturarum, & actorum de quibus in denunciatione mentio fieret, alioquin non ualeret, nec dictis hæredibus noceret.

Contra uenditorem tantę ratæ, & partis unius poſſeſſionis pro indiuiſo, quæ certam pecuniarum ſummam, puta librarum mille caperet, qui ſe rem uenditam emptoris nomine poſſidere conſtituit, & illam ab emptore conduxit, non poſſe per emptorem agi iudicio diuiſorio communi diuidundo, nec actione ex uendito ad rem uacuam, & liberam tradendam, hic oſtenditur.

CONSILIVM XLI.

VISO puncto mihi exhibito, quoniam ſi uellem ſuper omnibus dubiis propoſitis ſingulariter inſiſtere, longior eſſem. Ideò ſolum ſuper magis neceſſariis eſſe inſiſtẽdũ exiſtimaui, & primo, an hæredes Tadei de Boccadeferris, quibus pro parte Iacobi Grati fuit denunciatũ de lite mota inter ipſum Iacobum ex una, & Ludouicum de Maluitiis ex alia, poſſint conrra dictum Iacobum agẽtem obtinere: & omiſſis ſuperfluis, propter temporis penuriam breuius quam poſſim concluſiuè loquendo dico dictos hæredes à petitis per dictũ Iacobum fore abſoluendos, nam † licet ipſis facta fue
1 rit denunciatio per dictum Iacobum de lite, & cauſa prædicta, tamen ex quo pro parte hæredum petita fuit exhibitio ſcripturarum, & actorum, quæ non fuerunt illis edita, nec oſtenſa, ipſi non debuerunt credere ſimplici denunciationi eis factæ, niſi ẽt ſcripturæ, & acta prædicta exhibita eſſent, ſuper quibus denũciatio fundata erat, & de quibus in denũciatione mẽtio facta fuerat; tũ quia de illis veriſimiliter, & iuſtè ignorare potuerũt, cũ in ius alterius, hoc eſt Tadei ſucceſſerint, arg. l. qui in alterius. ff. de regu. iur. tũ quia acta, & inſtrumẽta, ſuper quibus fit fundamentum, & quæ inter aliquas perſonas facta fuerunt, ſunt integraliter exhibenda adhoc, ut hȩredi, uel alteri noceant. l. is apud quẽ. cum ibi plenè not. C. de edẽ. tum quia de libello, & aliis actis, & ſcripturis in cauſa factis fuit in dicta denunciatione mentio facta: ergo hæredes præfati denũciationi factæ nec ſtare, nec credere debuerũt, niſi dictis ſcripturis, & actis exhibitis. auth. ſi quis in aliquo cũ materia. C. de edẽ. & hoc in terminis noſtris uoluit Bar. in l. non ſolum. §. morte. ff. de noui oper. nuncia. in uerſ. tertio principaliter
2 eſt uidendũ, ubi uoluit, ꝙ † qñ fit alicui denunciatio incitatoria, ut aliquid faciat, ad quod erat obligatus ex facto alieno, tunc talis proteſtatio, & denunciatio fieri debet cũ expreſſione cauſæ, & tali notificatione, ex qua certus reddi poſſit, oſtendendo inſtr̃a, & legẽdo, uel copiã dimittendo, & exhibẽdo oĩa, ex quibus certus reddi poſſit iuxta ea, quæ habentur in clem. cauſam de electio. & in l. nomen. C. quæ res pig. obli. poſſ. & eſt caſus ſecundum Bart. in d. l. qui in alterius cũ gl. aliàs ſi ita nõ fieret, non ualeret, nec hȩredibus, ſeu aliis, qui ex facto alieno tenentur, noceret. Præte
3 rea † etiam qñ fit denunciatio alicui, ut faciat ea, ad q̃ eſt ex facto, & ꝯ̃ctu ſuo obligatus, ſi talis obligatio ex euentu alicuius caſus extrinſeci, uel cõditionis cõmittatur, ſeu oriatur, tunc notificatio debet fieri cũ tali expreſſione, & notificatione illius facti, ꝙ is, cui notificatio, oĩno certus reddatur, aliàs poteſtatio, & notificatio nõ noceret: exẽplũ in terminis noſtris, vẽditor ꝓmiſit lite mota ſup re uendita ſuſcipere in ſe iudiciũ, nunc lis mouetur, quã emptor uẽditori denũciat, ut ueniat ad defenſionẽ, & ad ſuſcipiendũ iudiciũ. certè ultra denunciationẽ ſimplicẽ cũ expreſſione cauſæ, & facti debet ẽt emptor uenditori ſaltẽ hoc petẽti oſtẽdere libellũ, citationẽ, & alia acta in publica forma, illiq́; copiã dare ad hoc, ut ꝯ̃ illum mora, & pœna cõmittatur: & hoc maximè oĩno ꝓcedit, locũq́ue habet, qñ huiuſmodi denũciatio fieret fideiuſſori, quẽ cõſtat teneri ex obligatione ſua impleta per factũ alterius per tex. in d. l. qui in alterius cum ibi not. & benè faciunt ea, q̃ habentur in l. fin. §. 1. C. de bonis aucto. iud. poſſ. & ita in ĩdiuiduo dixit Bar. in d. §. morte. & ſi hæc uera ſunt in denũciatione facta uenditori

ac etiam

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN